

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe

der Quellenschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.

Sechzehnter Band.



Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung:

1891.

Ein unbekannter Brief der Pisaner an König Konrad III.

Mitgetheilt von L. von Heinemann.

Der nachfolgende Brief der Pisaner an Konrad III. steht in dem Codex der Wolfenbüttler Bibliothek Helmst. 1221, saec. XII, wo er auf f. 1' und 2 den Briefen Hilduins von Le Mans vorausgeht¹. Er scheint die Antwort zu sein auf Konrads Brief aus dem Herbst 1151, wie er uns in den Epist. Wibaldi n. 344, Jaffé, Mon. Corb. p. 477, erhalten ist. Denn aus unserem Briefe geht hervor, dass Konrad der Stadt Pisa Gesandte geschickt hat und dass die Pisaner ihn demnächst erwarten. Beides passt als Antwort auf den erwähnten Brief des Königs. Das von uns mitzutheilende Schreiben wird also gegen Ende 1151 verfasst sein.

Domino C. divina favente clementia Romanorum regi invictissimo triumphanti semper augusto consules Pisanorum et populus fidelitatis salutem et de inimicis triumphum. Gratias quidem non modicas dignitati vestre pariter unanimiterque referimus, quoniam nos frequenter consolari dignamini per litteras vestras et fidelissimos vestros. Iure etenim agitis, quia dilectionem nobis ostenditis et rore gratiæ et benivolentie vestre nos affatim perfunditis. Diligimus equidem vos et regnum vestrum, gloriam, honorem et imperium, quod plenius et laudabilius completum videre desideramus et expectamus. Patres enim et avi necnon et attavi nostri fidelissimo amore dilexerunt regnum et imperium vestrum, beate quoque memorie patrem² et avum vestrum³, quorum sincera dilectione dominum Lotharium⁴, successorem eorum, dileximus. Super omnes igitur filios Adam procul dubio vos et regnum vestrum fideliter diligimus, amplectimur et veneramur. Si qua namque nobis⁵ virtus est aut aliqua fortitudo seu victoria super inimicos, hoc

1) Nicht, wie in dem Katalog der Wolfenb. Hss. III, S. 115 angegeben ist, den Briefen Ivos von Chartres. 2) Friedrich von Büren? Wahrscheinlich ist zu verbessern: 'patrum', und dieses auf Heinrich V. zu beziehen. 3) Heinrich IV. 4) 'Lo.' c. 5) 'vobis' c.?

totum post Deum vestre maiestati ascribimus et vestra audacia et robore id habere et obtinere cognoscimus. Si ergo terrorem qui valde metuendus est inimicis et infidelibus regni decenter infertis et veraces amicos atque fideles pia recompensatione mulcetis strennue, iuste et honeste agitis. Scriptum quippe est in proverbiiis Salomonis: *Sicut fremitus leonis, sic et terror regis; et sicut ros super herbam, sic et hilaritas eius.* Quo quidem rore nos Dei gratia benivolentie vestre largitate perfusi, prospere agimus, viriliter incedimus, super hostes victores existimus. Confidenter igitur eructat cor nostrum verbum bonum et opera nostra regi dicimus ac multa maiora per gratiam Dei et vestram vobis enarrare poterimus. Accingere ergo gladio super femur tuum, potentissime, et deducat te mirabiliter dextera tua propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam, quod multiplicitas intercessorum postulat et expectat. Utinam de vobis in proximo condigno concentu canere possit conscio nostra, quamquam Dei filio versiculis hic psalmi decentius conveniat: *Domine in virtute tua laetabitur¹ rex; et super salutare tuum exultabit vehementer.* Corde simul et ore vobis loquentes supplicamus, quatenus de servicio regni et vestro nobis precipiatis, qui parati sumus in omnibus obsequi vobis. Gratias autem Deo agimus vestreque mansuetudini, quia captos nostros liberare voluistis, et non audierunt vos inimici nostri, sed reddidit eos nobis cum nostro honore virtus omnipotentis et habemus multos ex illis, sicut nosse poteritis a fidelibus vestris. Foderunt quidem foveam, paraverunt pedicam et ipsi inciderunt in eam Deo gratias. Amen.

1) Von 'laet. — vehementer' nur Anfangsbuchstaben c.